

lâtenus possum. Tanta vero erat cœli serénitas, ut nulla in âere nubes appareret. Sanctimoniâlis autem fémîna, cum verba fratris negântis audivisset, insértas dígitis manus super mensam pósuit, et caput in mânibus omnipoténtem Dóminum rogátúra declinávit. Cumque leváret de mensa caput, tanta coruscationis et tonítroi virtus, tántaque inundatio plúviæ erúpit, ut neque venerâbilis Benedictus, neque fratres qui cum eo áderant, extra loci limen, quo consédérant, pedem movére potúerint.

R. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam : * Et dedúcet te mirabiliter dextera tua. **V.** Spécie tua et pulchritúdi-
ne tua, inténde, prospere procéde, et regna. — Et dedúcet te.

Lectio ii.

Sanctimoniâlis quippe fémîna caput in mânibus declinans, lacrymârum flúvium in mensam

fuit conveniéntia orationis et inundationis, ut de mensa caput jam cum tonítro leváret : quâtenus unum idémque esset moméntum, et leváre caput, et plúviam depónere. Tunc vir Dei inter corúscos, et tonítros, atque ingéntis plúviæ inundationem, videns se ad monastérium non posse remeáre, cœpit cónqueri contristátus, dicens : Parcat tibi omnipotens Deus, soror : quid est quod fecisti? Cui illa respóndit : Ecce rogávi te, et audíre me nolúisti : rogávi Deum meum, et audívit me : modo ergo, si potes, egrédere, et me dimissa ad monastérium recéde. Ipse autem exíre extra tectum non valens, qui remanére sponte noluit in loco, mansit invítus. Sicque factum est, ut totam noctem pervigilem dúcerent, atque per sacra spiritalis vitæ collóquia, sese vicária relatione satiarent.

R. Dilixisti justítiam, et odisti iniquitátem : * Propterea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiæ. **V.** Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam. — Propterea unxit.

Lectio iij.

Cumque die áltero eadem venerâbilis fémîna ad cellam própriam recessisset, vir Dei ad monastérium rédiit. Cum ecce post trídium in cella consistens, elevátis in âera óculis, vidit ejúsdem sororis suæ ánimam de corpore egréssam in colúmbæ spécie cœli secréta penetráre. Qui, tantæ ejus glóriæ congáudens, omnipoténti Deo in hymnis et laudibus grátias réddidit, ejúsq; óbitum frâtribus denuntiávit. Quos étiam prótinus misit, ut ejus corpus ad monastérium deferrent, atque in sepúlcro, quod sibi ipsi paráverat, pónerent. Quo facto cón-
tigit, ut quorum mens una semper in Deo fúerat, eórum quoque corpóra nec sepultúra separáret.

R. Afferéntur. [133]

In iij. Nocturno, Homilia. Sæpe vos, fratres, de Communi Virg. [136] Vesp. a Capit. de seq.

DIE XI. FEBRUARII.
SS. septem Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V.

Confessorum. Duplex. Omnia de Comm. Conf. non Pont. [97] præter seq.

IN I. VESPERIS.

Capitulum. i. Petr. iv.

Garíssimi, Communícantes Christi passiónibus gaudeáte, ut et in revelatióne glóriæ ejus gaudeátis exsultántes.

Hymnus.

Bella dum late fúerent, et urbes Cæde fratérna gémerent cruénta, Adfuit Virgo, nova semper edens Múnera matris.

En vocat septem fámulos, fidéles Ut sibi in luctu récolant dolóres, Quos tulit Jesus, tulit ipsa consors Sub cruce Nati.

Illico parent Dóminæ vocánti : Spléndidis tectis opibúsque spretis,

Urbe secédunt procul in Senári Abdita montis.

Corpóra hic pœnis cruciant acérbis, Sontium labes hóminum piántes :

Hic prece avértunt lacrymisque fusis Núminis iram.

Pérdolens Mater fovet, atque amíctum

Ipsa lugúbrem monet in-
duéndum :

Agminis sancti pia cœpta
surgunt,
Mira patéscunt.

Palmes in bruma víridans
honóres

Núntiat patrum : própios
Mariæ

Ore lacténti vócant
puélli

Nómine servos.

Sit decus Patri, genitæ-
que Proli,

Et tibi, compar utriúsque
Virtus

Spiritus semper, Deus
unus, omni

Témporis ævo.

Amen.

✠. Hi viri misericórdiæ
sunt, quorum pietátes non
defuérunt. ✠. Semen eó-
rum, et glória eórum non
derelinquétur.

Ad Magnif. Aña. Non
recédet laus tua, Virgo
María, de ore hóminum,
qui mémoires fuérunt vir-
tútis Dómini in ætérnum,
pro quibus non pepercisti
ánimæ tuæ.

Oratio.

Domine Jesu Christe,
qui ad recoléndam
memóriam dolórum san-
ctíssimæ Genitricis tuæ,
per septem beátos Pa-
tres nova Servórum ejus

família Ecclesiám tuam
fecundásti : concéde pro-
pítius, ita nos eórum con-
sociári flétibus, ut perfruá-
mur et gáudiis. Qui vivis
et regnas.

Commem. præced. Aña.

Veni sponsa Christi, ác-
cipe corónam, quam tibi
Dóminus præparávit in
ætérnum.

✠. Diffúsa est grátia.

AD MATUTINUM.

Hymnus.

Sic patres vitam pér-
agunt in umbra,
Lília ut septem nívei de-
córís

Virgini excélsæ bene
grata, Petro

Visa nitere.

Jamque divína rapiénte
flamma,

Cúrsitant urbes, loca quæ-
que obérrant,

Si queant cunctis ánimis
dolóres

Fígere Matris.

Hinc valent iras domuisse
cæcas,

Néscia et pacis fera corda
jungunt,

Erigunt mœstos, révocant
nocéntes

Dicta piórum.

At suos Virgo comitáta
servos

Evehit tandem súperas ad
oras :

Gémmeis sertis decorat
per ævum

Omne beátos.

Eia nunc cœtus gémitum
precántis

Audiant, duros vídeant
labóres :

Semper et nostris fáveant
benígo

Lúmine votis.

Sit decus Patri, genitæ-
que Proli,

Et tibi, compar utriúsque
Virtus

Spiritus semper, Deus
unus omni

Témporis ævo.

Amen.

**In j. Nocturno, Lectiones
de Scriptura occurrente.**

**In Quadrag. Lect. Laudé-
mus viros. de Comuni**

Confess. Pont. ij. loco, [86]

cum ✠✠. de Comm. Conf.

non Pontif. [101]

In II. Nocturno.

Lectio íb.

Sæculo tértio déci-
mo, cum Fride-
rici secúndi diro
schismate, cruentisque fa-
ctiónibus cultiôres Itáliæ
pópuli scinderéntur, pró-
videns Dei misericórdia
præter álios sanctitáte
illústres, septem e Floren-
tina nobilitáte viros susci-
távit, qui in caritáte con-
juncti, præclárum fratér-

næ dilectiónis præbérent
exémplum. Hi, nimirum
Bonfílius Monáldius, Bo-
najúcta Manéttus, Ma-
néttus Antellénsis, Ami-
déus de Amidéis, Ugúccio
Uguciónum, Sostenéus
de Sostenéis et Aléxius
Falconérius, cum anno
trigésimo tértio ejus sæ-
culi, die sacra Virgini
cœlo recéptæ, in quodam
piórum hóminum convén-
tu, Laudántium nuncupá-
to, fervéntius orárent; ab
eádem Deípara síngulis
apparénte sunt admóniti,
ut sánctius perfectiúsque
vitæ genus amplecterén-
tur. Re itaque prius cum
Florentino Præsule col-
láta, hi septem viri, géne-
ris nobilitáte divitiisque
posthábitis, sub vilíssimis
detritisque véstibus cilí-
cio indúti, octáva die Se-
ptémbris in rurálem
quamdam ædiculam se-
cessére; ut ea die primór-
dia vitæ sanctiôris auspi-
caréntur, qua ipsa Dei
Génitrix mortálibus orta
sanctíssimam vitam in-
céperat.

✠. Honéstum fecit illum
Dóminus, et custodívit
eum ab inimicis, et a se-
ductóribus tutávit illum :
* Et dedit illi claritatem

æternam. *V.* Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. — Et dedit.

Lectio v.

HOC vitæ institutum quam sibi foret acceptum Deus miraculo ostendit. Nam cum paulo deinceps hi septem Viri per Florentinam urbem ostiatim eleemosynam emendicarent, accidit ut repente infantium voce, quos interfuit sanctus Philippus Benitius quintum ætatis mensem vix ingressus, beatæ Mariæ Servi acclamaréntur : quo deinde nómine semper appellati sunt. Quare, vitandi pópuli occursus ac solitudinis amore ducti, in Senarii montis recessu omnes convenere, ibique cœléste quoddam vitæ genus aggressi sunt. Victitabant enim in speluncis, sola aqua herbisque contenti : vigiliis aliisque asperitatibus corpus atterebant : Christi passionem ac moestissimæ ejusdem Genitricis dolores assidue meditantes. Quod cum olim sacra Parascèves die impensius exsequeréntur, ipsa beata Virgo illis iterato appa-

rens, lúgubrem vestem, quam induerent, ostendit, sibi que acceptissimum fore significavit, ut novum in Ecclesia regularem ordinem excitarent, qui jugem recoleret ac promoveret memoriam dolorum, quos ipsa pertulit sub cruce Domini. Hæc sanctus Petrus, inclytus ordinis Prædicatorum Martyr, ex familiari cum sanctis illis viris consuetudine ac peculiari etiam Deiparæ visione quum didicisset; iis auctor fuit, ut ordinem regularem sub appellatione Servorum beatæ Virginis instituerent : qui postea ab Innocentio quarto Pontifice máximo approbatus fuit.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum : stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronavit eum. *V.* Induit eum Dominus lorica m fidei, et ornavit eum. — Et.

Lectio vij.

Porro sancti illi viri, cum plures sibi socios adjunxissent, Italiæ civitates atque oppida, præsertim Etruriæ, excurrere cœperunt, prædicantes ubique Christum crucifixum, civiles discor-

dias compescentes, et innumeros fere devios ad virtutis semitam revocantes. Neque Italiam modo, sed et Galliam, Germaniam ac Poloniam suis evangelicis laboribus excoluerunt. Denique cum bonum Christi odorem longelatèque diffudissent, portentorum quoque gloria illustres, migrarunt ad Dominum. Sed quos unus vera fraternitatis ac religionis amor in vita sociaverat, unum pariter demortuos contexit sepulcrum, unaque populi veneratio prosecuta est. Quapropter Clemens undecimus et Benedictus decimus tertius Pontifices maximi delatum iisdem a pluribus sæculis individuum cultum confirmarunt : ac Leo decimus tertius, approbatis antea miraculis, post indultam venerationem ad collectivam eorundem invocationem a Deo patris, eisdem anno quinquagesimo sacerdotii sui Sanctorum honoribus cumulavit, eorumque memoriam Officio ac Missa in universa Ecclesia quotannis recolendam instituit. *R.* Iste homo. [105]

In iij. Nocturno, Homil. Grandis fiducia. de Comuni Abbatum. [117]

AD LAUDES.

Capitulum. i. Petr. iv.

Carissimi, Communi cantes Christi passionibus gaudete, ut et in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes.

Hymnus.

Matris sub almæ nomine
Septena proles nascitur :
Ipsa vocante, ad arduum
Tendit Senari verticem.
Quos terra fructus profert,
Dum sacra proles germenat,
Uvis repente turgidis
Onusta vitis præmonet.
Virtute claros nobili
Mors sancta cœlo conse-
crat :
Tenent olympi limina
Servi fideles Virginis.
Cohors beata, Numinis
Regno potita, respice
Quos hinc recedens fraudibus
Cinctos relinquishostium.
Ergo, per almæ vulnera
Matris rogamus supplices,
Mentis tenébras disjice,
Cordis procellas compri-
me.

Tu nos, beáta Trínitas, Perfúnde sancto róboe, Possímus ut feliciter Exémpla patrum súbsequi. Amen.

✠. Sit memória illórum in benedictióne. ✠. Et ossa eórum púllulent de loco suo.

Ad Bened. Aña. Ecce quam bonum, et quam jucúndum habitáre fratres in unum.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui ad recoléndam memóriam dolórum sanctíssimæ Genitricis tuæ, per septem beátos Patres nova Servórum ejus familia Ecclésiám tuam fecundásti : concéde propítius, ita nos eórum consociári flétibus, ut perfruámur et gáudiis. Qui vivis et regnas.

Ad Tertiam dicitur Capitulum ut in Laudibus.

IN II. VESPERIS.

Omnia ut in primis, 693. præter Añam sequentem.

✠. Hi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt. ✠. Semen eórum, et glória eórum non derelinquétur.

Ad Magnificat, Aña. Nomen eórum pórmanet in ætérnum, pórmanens ad

filios eórum, sanctórum virórum glória.

DIE XIV. FEBRUARII.

S. Valentini

Presbyteri et Martyris.

Aña. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit : fundátus enim erat supra firmam petram.

✠. Glória et honóre

Oratio.

Præsta quæsumus omnípotens Deus : ut qui beáti Valentíni Mártiris tui natalítia cólimus, a cunctis malis imminéntibus ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi. **Lectio iij.**

Serm. xlv. de Sanctis.

Riumphális beáti Mártiris Valentíni dies hódie nobis anniversária celebritáte recúrrit : cujus glorificatióne sicut congáudet Ecclésia, sic ejus propónit sequénda vestígia. Si enim compátimur, et conglorificábimur. In cujus glorióso agóne duo nobis præcipue consideránda sunt : induráta videlicet tortóris sævítia, et Márti-

ris invícta patiéntia. Sævítia tortóris, ut eam detestémur : patiéntia Mártiris, ut eam imitémur. Audi Psalmístam advérsus malítiam increpántem : Noli æmulári in malignántibus : quóniam tamquam fœnum velóciter aréscent. Quod autem advérsus malignántes patiéntia exhibénda sit, audi Apóstolum suadéntem : Patiéntia vobis necessariá est, ut reportétis promissiónes.

In Laud. Aña. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. ✠. Justus.

DIE XV. FEBRUARII.

SS. Faustini et Jovitæ Martyrum.

Aña. Istórum est enim regnum cœlórum, qui contempsérunt vitam mundi, et pervenérunt ad præmia regni, et lavérunt stolas suas in ságuine Agni. ✠. Lætámini.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártiryrum tuórum Faustíni et Jovitæ solemnitate lætíficas : concéde propítius, ut quórum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

✠. ij. Hæc est vera fraternitas.

Lectio iij.



Austínus et Jovitæ fratres, nóbiles Brixiani, in multis Itáliæ úrbibus, quo vincti sæviénte Trajáni persecutióne ducebántur, acerbíssima supplicia perpéssi, fortes in christiánæ fidei confessióne perstitérunt. Nam Brixie diu vinctis constricti, feris étiam obiecti, in ignémque conjécti, et a bestíis, et a flamma íntegri et incólumes serváti sunt : inde vero eisdem caténis colligáti Mediolánum venérunt : ubi eórum fides tentáta exquisitíssimis torméntis, tamquam igne aurum, in cruciátibus magis enítuit. Póstea Romam missi, ab Evarísto Pontífice confirmáti, ibi quoque crudelíssime torquéntur. Dénique perducti Neápolim, in ea étiam urbe várie cruciáti, vinctis mánibus pedibusque in mare demergúntur : unde per Angelos mirabíliter erépti sunt. Quare multos et constántia in torméntis, et miraculórum virtúte ad Christi fidem convertérunt. Póstrémo redúcti Brixiam

iníto suscépti ab Hadriáno impérii, secúri percúsi, illústrem martyrii corónam accepérunt.

Te Deum laudámus. 20.

In Laudibus, Añã. Vestri capilli cápitis omnes numeráti sunt : nolite timére : multis passéribus meliôres estis vos.

℣. Exsultábunt.

DIE XVIII. FEBRUARII.

S. Simeonis

Episcopi et Martyris.

Añã. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit : fundátus enim erat supra firmam petram.

℣. Glória et honóre.

Oratio.

Infirmítatem nostram respice omnipotens Deus : et quia pondus própriæ actiônis gravat, beáti Simeónis Mátyris tui atque Pontíficis intercessio gloriósa nos prótegat. Per Dóminum.

Lectio iij.

Simeon, fílius Cléophae, post Jacobum próximus Ierosólymis ordinátus Episcopus, Trajáno imperátore apud Atticum consulárem est accusátus, quod

Christiánus esset, et Christi propínquus. Comprehendebántur enim omnes eo témpore, quicumque ex genere David orti essent. Quare multis cruciátus torméntis, eódem passiônis genere, quod Salvátor noster subierat, afficitur, mirántibus ómnibus, quod homo ætáte conféctus (erat enim centum et viginti annórum) acerbissimos crucis dolóres fórtiter constantérque patérétur.

Te Deum. 20.

In Laud. Añã. Qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam.

℣. Justus ut palma.

DIE XXII. FEBRUARII.

In Cathedra

S. Petri Antiochiæ.

Duplex majus.

Omnia ut supra in Cathedra Rom. die xvij. Januarii, 608. præter seq.

In II. Nocturno.

Sermo sancti Augustíni Episcopi.

Lectio iv.

Serm. xv. de Sanctis.

Institútio solemnítatis hodiérnæ a seniôribus nostris Cáthedræ nomen accépit,

ídeo quod primus Apostólus Petrus hódie episcopátus cáthedram suscepisse referátur. Recte ergo Ecclesiæ natálem sedis illius colunt, quam Apóstolus pro Ecclesiárum salúte suscepit, dicénte Dómino : Tu es Petrus, et super hanc petram ædificábo Ecclesiam meam.

℣. Tu es pastor óvium, princeps Apostolórum : tibi trádidit Deus ómnia regna mundi : * Et ídeo tibi tráditæ sunt claves regni cœlórum. ℣. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum et in cœlis : et quodcúmque solúveris super terram, erit solútum et in cœlis. — Et ídeo.

Lectio v.

Petrum itaque fundamentum Ecclesiæ Dóminus nominávit : et ídeo digne fundamentum hoc Ecclesia colit, supra quod ecclesiástici ædificii altitúdo consúrgit. Unde conveniénter Psalmus, qui lectus est, dicit : Exáltent eum in Ecclesia plebis, et in cáthedra seniórum laudent eum. Benedictus Apóstolus in Ecclesia

exaltári præcépit : quia dignum est, ut fundamentum hoc in Ecclesia honorétur, per quod ad cœlum conscénditur.

℣. Ego pro te rogávi Petre, ut non deficiat fides tua : * Et tu aliquándo convérsus confirma fratres tuos. ℣. Caro et sanguis non revelávit tibi, sed Pater meus, qui est in cœlis. — Et tu.

Lectio vj.

Quod natális ergo Cáthedræ hódie colitur, sacerdotále honorátur officium. Sibi hoc Ecclesiæ invicem præstant, quia tanto necesse plus habet Ecclesia dignitátis, quanto sacerdotále officium plus honoris. Cum solemnítatem hanc Ecclesiis mérito religiósa observátio introduxerit, miror, cur apud quosdam infidèles hódie tam perniciosus error increverit, ut super túmulos defunctorum cibos et vina conférant, quasi egressæ de corpóribus ánimæ carnáles cibos requirant.

℣. Petre amas me? tu scis Dómine, quia amo te. * Pasce oves meas. ℣. Simon Joánnis díligis me plus his? tu scis Dómine,

quia amo te. — Pasce.
Glória Patri. Pasce.

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii
secundum Matthæum.

Lectio viij. Cap. xvj. b

IN illo tempore : Venit
Jesus in partes Cæsar-
reæ Philippi : et interro-
gabat discipulos suos, di-
cens : Quem dicunt homi-
nes esse Filium hominis?
Et reliqua.

Homilia sancti Leonis
Papæ.

Serm. iij. in anniversario
assumpt. suæ, post init.



Postolos Dominus,
quid de se homi-
nes opinentur, in-
terrogat : et tamdiu sermo
respondentium communis
est, quamdiu humanæ in-
telligentiæ ambiguitas
explicatur. At ubi quid
habeat sensus discipulo-
rum exigitur, primus est
in Domini confessione, qui
primus est in Apostolica
dignitate. Qui cum dixisset :
Tu es Christus Filius
Dei vivi : respondit ei
Jesus : Beatus es Simon
Bar-Jona, quia caro et
sanguis non revelavit
tibi, sed Pater meus, qui
in caelis est. Id est, ideo
beatus es, quia Pater
meus te docuit : nec ter-

rena opinio te fefellit, sed
inspiratio celestis instru-
xit : et non caro et san-
guis, sed ille me tibi, cu-
jus sum unigenitus Filius,
indicavit.

℟. Quem dicunt homines
esse Filium hominis? dixit
Jesus discipulis suis. Re-
spondens Petrus dixit : Tu
es Christus Filius Dei vi-
vi. * Et ego dico tibi, quia
tu es Petrus, et super hanc
petram edificabo Ecclē-
siam meam. ✽. Beatus es
Simon Bar-Jona, quia ca-
ro et sanguis non revelā-
vit tibi, sed Pater meus
qui est in caelis. — Et.

Lectio viij.

ET ego, inquit, dico ti-
bi : hoc est, sicut Pa-
ter meus tibi manifestavit
divinitatem meam, ita et
ego tibi notam facio ex-
cellentiam tuam, quia tu
es Petrus : id est, cum
ego sim inviolabilis pe-
tra, ego lapis angularis,
qui facio utraque unum,
ego fundamentum præter
quod nemo potest aliud
ponere : tamen tu quoque
petra es, quia mea virtū-
te solidaris, ut, quæ mihi
potestate sunt propria,
sint tibi mecum partici-
patione communia. Et su-
per hanc petram edificā-

bo Ecclēsiā meam, et
portæ inferi non præva-
lebunt adversus eam. Su-
per hanc, inquit, fortitū-
dinem ætēnum exstruam
templum : et Ecclēsiæ
meæ cælo inserēda sub-
limitas, in hujus fidei fir-
mitate consurget.

℟. Elégit te Dominus
sacerdotem sibi, ad sacri-
ficandum ei, * Hóstiam
laudis. ✽. Immola Deo
sacrificium laudis, et red-
de Altissimo vota tua. —
Hóstiam. Glória. Hóstiam.

Si hoc Festum ante Qua-
dragesimam venerit in
Sabbato, vel transferatur
in Feriam ij. et Annus non
fuerit Bissextilis, legitur
ix. Lectio de Homilia Vi-
giliæ S. Mathiæ, et de ea
fit Commem. ad Laudes
post Commem. S. Pauli.
In Quadrag. autem ix. Le-
ctio erit de Homilia Feriæ
occurr. cum Commem.
de ea : et nihil fit de Vigi-
lia nisi in Missa.

Lectio ij.

Hanc confessionem por-
tæ inferi non tenē-
bunt, mortis vincula non
ligabunt : vox enim ista
vox vitæ est. Et sicut
confessores suos in cœlé-
stia prouvehit, ita negato-
res ad inférna demergit.

Propter quod dicit bea-
tissimo Petro : Tibi dabo
claves regni cœlorum. Et
quæcumque ligaveris su-
per terram, erunt ligata
et in caelis : et quæcum-
que solveris super terram,
erunt soluta et in caelis.
Transivit quidem etiam
in alios Apostolos vis po-
testatis istius, et ad om-
nes Ecclēsiæ principes
decreti hujus constitutio
commemavit : sed non fru-
stra uni commendatur,
quod omnibus intimatur.
Petro enim ideo hoc sin-
gulariter creditur, quia
cunctis Ecclēsiæ rectóri-
bus Petri forma præponi-
tur. Manet ergo Petri pri-
vilégium, ubicumque ex
ipsius fertur æquitate ju-
diciū. Nec nimia est vel
severitas vel remissio,
ubi nihil erit ligatum, ni-
hil solutum, nisi quod
beatus Petrus aut solve-
rit, aut ligaverit.

Te Deum laudamus. 20.

In Vesp. Comm. S. Pauli
et sequentis.

DIE XXIII. FEBRUARII.

S. Petri Damiani

Episc. Conf. et Eccl. Doct.
Duplex.

Omnia de Comm. Conf.
Pontif. [70] præter seq.

In utrisque Vesperis, ad Magnificat, Añia. O Doctor optime, Ecclesiæ sanctæ lumen, beâte Petre, divinae legis amator, deprecare pro nobis Filium Dei.

℣. Amavit eum.

Oratio.

Concède nos, quæsumus omnipotens Deus, beati Petri Confessoris tui atque Pontificis munita et exempla sectari; ut per terrestrium rerum contemptum æterna gaudia consequamur. Per Dñ.

In j. Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In Quadrag. Lect. Fidelis sermo. de Communi. [73]

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Etrus, Ravennæ honestis parentibus natus, adhuc lactens a matre, numerosæ proles pertæsa, abjicitur, sed domesticæ mulieris opera semivivus acceptus ac recreatus, genitrici ad humanitatis sensum revocatae redditur. Utróque orbatus parente, tamquam vile mancipium sub áspera fratris tutela duram servitutem exercuit. Religionis in Deum, ac pietatis erga patrem egrégium tunc

specimen dedit; inventum siquidem forte nummum non propriæ inediæ sublevandæ, sed sacerdoti, qui divinum Sacrificium ad illius expiationem offerret, erogavit. A Damiano fratre, a quo, uti fertur, cognomentum accepit, benigne receptus, ejus cura litteris eruditur, in quibus brevi tantum profecit, ut magistris admirationi esset. Cum autem liberalibus scientiis floreret et nomine, eas cum laude docuit. Interim ut corpus rationi subderet, sub mollibus vestibus cilicium adhibuit; jejuniis, vigiliis, et orationibus solerter insistens. Calente juventa dum carnis stimulis acriter urgeretur, insulstantium libidinum faces rigentibus fluvii mersus aquis noctu exstinguébat; tum venerabilia quæque loca obire, totumque Psalterium recitare consueverat. Ope assidua pauperes levabat, quibus frequenter pastis convivio, propriis ipse manibus ministrabat.

℣. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: *Manus enim mea auxiliabitur ei.

℣. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. — Manus.

Lectio v.

Perficiendæ magis vitæ causa, in Avellanesi Eugubinae diocesis cœnobio, ordini monachorum sanctæ crucis Fontis Avellanae, a beato Ludolpho, sancti Romualdi discipulo, fundato, nomen dedit. Non ita multo post in monasterium Pomposianum, mox in cœnobium sancti Vincentii Petrae Pertusæ ab Abbate suo missus, utrumque ascetarium verbo sacro, præclaris institutionibus, et moribus excoluit. Ad suos revocatus, post præsidis obitum, Avellanitarum familiæ præficitur, quam, novis variis in locis extructis domiciliis, et sanctissimis institutis, ita auxit, ut alter ejus ordinis parens, ac præcipuum ornamentum jure sit habitus. Salutarem Petri sollicitudinem alia quoque diversi instituti cœnobia, canonicorum conventus, et populi sunt experti. Urbinati diocesi non uno nomine profuit: Theuzoni Episcopo in

causa gravissima assedit, ipsumque in recte administrando episcopatu consilio et ópera juvit. Divinorum contemplatione, corporis macerationibus, ceterisque spectatæ sanctimonie exemplis excelluit. His motus Stephanus nonus Pontifex maximus eum licet invitum et reluctantem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem creavit, et Ostiensem Episcopum. Quas Petrus dignitates splendidissimis virtutibus, et consentaneis episcopali ministerio operibus gessit.

℣. Posui adjutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: *Manus enim mea auxiliabitur ei. ℣. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. — Manus.

Lectio vj.

Difficillimo tempore Romanæ Ecclesiæ, sumisque Pontificibus doctrina, legationibus, aliisque susceptis laboribus mirifice adfuit. Adversus Nicolaitarum et Simoniacam hæreses ad mortem usque strenue decertavit. Hujusmodi depulsis malis, Mediolanensem Ecclesiæ Romanæ conciliavit. Be-

nedicto, et Cadalóo falsis Pontificibus fórtiter réstitit : Henricum quartum Germániae regem ab iniquo uxóris divórtio detéruit : Ravennátes ad débita Románo Pontífici obséquia revocátos sacris restituit. Canónicos Velitérnos ad sanctióriis vitæ leges compósuit. In provincia præsertim Urbináte vix ulla fuit episcopális Ecclésia, de qua Petrus non sit bene méritus; Eugubínam, quam aliquándo créditam hábuit, multis levávit incómodis : álias álibi, quando opórtuit, perinde curávit, ac suæ essent tutéla commissæ. Cardinalátu, et episcopáli dignitaté depósitis, nihil de pristina juvándi próximos sedulitaté remisit. Jejúnium sextæ Fériæ in honórem sanctæ crucis Jesu Christi : horárias beátæ Dei Genitrícis preces, ejúsque die Sábbato cultum propagávit. Inferéndæ quoque sibi verberatiónis morem ad patratorum scélerum expiatiónem provéxit. Demum sanctitaté, doctrína, miraculis, et præcláre actis illústris, dum e Ravennáte lega-

tióné rediret, Favéntiae, octávo Kaléndas Mártii migrávit ad Christum. Ejus corpus ibidem apud Cisterciénses multis miraculis clarum, frequénti populórum veneratióne cólitur. Ipsum Favéntini non semel in præsentí discrimine propítium expéрти patrónum apud Deum delegérunt : Leo vero duodécimus Póntifex máximus Officium Misámque in ejus honórem tamquam Confessóris Pontíficis, quæ álíquibus in diocésibus, atque in órdine Camaldulénsium jam celebrábantur, ex Sacrórum Rítuum Congregatiónis consúlto, áddita Doctóris qualitaté, ad univérsam exténdit Ecclésiám. **℞.** Iste est. [78]
In iij. Nocturno, Homilia. Osténdit Dóminus. **de Comm. Doct. j. loco.** [93]
Si non venerit in Quadragesima, vel non sit Annus Bissextilis, ix. Lectio erit de Vigilia S. Mathiæ ut in Communi Apostol. [1] de qua fiet Commem. in Laudibus.

Oratio.

DA quæsumus omnipotens Deus : ut beátí Mathiæ Apóstoli tui, quam

prævenimus, veneránda solémnitas, et devotió-nem nobis áugeat, et salutem. Per Dóminum nostrum.

De Vigilia S. Mathiæ in Anno Bissex. fit die xxiv.

Extra Quadr. tres Lect. de Homilia. Cum cuncta. **ut in Vigilia Apost. [1]**

In Quadrag. autem de Homilia Fériæ, et nihil fit de Vigilia, nisi in Missa.

Annus non Bissextili Vesperæ de sequenti.

DIE XXIV. FEBRUARII,
 VEL XXV. ANNO BISSEXTILI.

S. Mathiæ

Apost. Duplex ij. classis.



Omnia de Communi Apostolorum [2] præter sequentia.

Oratio.

DEus, qui beátum Mathiam Apostolorum tuórum collégio sociásti : tribue quæsumus, ut ejus interventióne, tuæ circa nos pietátis semper viscera sentiámus. Per Dóminum.

Deinde fit Commemor. S. Petri Damiani, quoties non est Bissextilis, Aña. O Doctor. 704. ℞. Justum.

Postea Fériæ in Quadragesima.

In I. Nocturno.

De Actibus Apostolorum.

Lectio j.

Cap. j. c

IN diébus illis exsurgens Petrus in médio fratrum, dixit (erat autem turba hóminum simul, fere centum viginti.) Viri fratres, opórtet impléri Scriptúram, quam prædixit Spíritus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eórum, qui comprehendérunt Jesum : qui connumerátus erat in nobis, et sortítus est sortem ministérii hujus. Et hic quidem possédit agrum de mercéde iniquitátis, et suspensus crepuit médius :